

Calixt III. ad futuram rei memoriam. Er habe durch Briefe, Boten und öffentliche Gerüchte erfahren, das Hzg. Sigismund NvK, dessen Verdienste als Bischof gerühmt werden, derart bedrängt habe, dass dieser sein Bischofsamt nicht mehr in angemessener Weise ausüben könne. Er ermahnt daher den Herzog und seine Helfer unter Androhung des Interdikts und anderer Kirchenstrafen, innerhalb von acht Tagen nach Exekution der Bulle die Sicherheit des Kardinals zu gewährleisten und sich innerhalb einer Frist von weiteren 32 Tagen in Rom zu verantworten. Die Bulle solle an den Domtüren in Brixen und Trient angebracht werden und damit Rechtskraft erlangen.²⁾

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 461 f. 171^r-172^v (= V); BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 265-267 (von der Hand des Peter von Erkelenz) (= C); BOZEN, StA, Cod. 3 (Acta Concordiae) p. 9 (= B₁); ebd., Regestum Cusanum (ebenfalls INNSBRUCK, TLA, Cod. 5672) p. 22f. (= B₂); ebd., Codex Handlung (ebenfalls INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 9^r-12^v (= B₃); INNSBRUCK, TLA, U I 9066 (= I); (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 115-117 (nach B₂).

Regest (W. Putsch, 16. Jh.): INNSBRUCK, TLA, Rep. 6 p. 860.

Druck: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 312-320 (mit Datum 11. November 1457).

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 313-321.

Regest: Jäger, Regesten I 310 Nr. 139 (mit Datum 23. August 1457) sowie 311 Nr. 145 (mit Datum Oktober); Pitz, RG VII 247 Nr. 2195.

Erw.: Sinnacher, Beiträge VI 441; Jäger, Streit I 229, 232, 255-257 (mit Datum 23. August 1457); Vansteenberghe, Cardinal 182 Anm. 1; Sparber, Vom Wirken 365f.; Pastor, Geschichte der Päpste 13II 142; Boockmann, Laurentius Blumenau 164; Tillinghast, Nicholas vs. Sigismund 386; Gismann, Beziehungen 111, 638 Anm. 164; Posch, Kampf um Kirchenreform, CGS 236; Mutschlechner, Tiroler Burgen, CGS 284; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 190, 366; Baum, Sigismund der Münzreiche 181f.; Steinmair, Michel von Sabs 170; Baum, Piccolomini und Österreich 95; Becker, Appellation 166; Becker, Streit der Juristen 89; Hallauer, Rechtshistoriker 124 (ND 2002, 58); Watanabe, Duke Sigismund and Gregor Heimburg 287; Pavlac, Curse of Cusanus 209; Baum, in: Germania Benedictina III 3, 651; Piaia, Castello di Andraz 32.

Calistus etc. ad futuram rei memoriam. Gregis dominici nostre custodie divina disposicione commissi vigilem curam solicitamque gerentes summiq[ue] pastoris inherendo vestigiis partes nostre sollicitudinis adhibemus, ut ovibus nobis creditis commoda pacis adveniant et errantes relicto precipiti tenebrarum devio ad semitas iusticie reddeant, per quas gradientes vitam consequantur eternam, circa illos vero, qui dei timore postposito ac sedis apostolice reverentia prorsus abiecta, electa sancte Romane ecclesie membra perfidis suis conatibus persecui non verentur, sentenciam veritatis amplectemur, qua, si nos oculus aut pes sive dextera scandalizaverit, erui oculus pesque et manus a compago corporis prescidi mandantur.³⁾ Nam melius est hiis membris carere in seculo quam cum illis eterna supplicia introire.

Dudum siquidem felicis recordacionis Nicolaus papa V, predecessor noster, Brixinensis ecclesia 10 pastoris solatio destituta, ut in spiritualibus et temporalibus, in quibus tunc causantibus perversorum conatibus plurimum decreverat, votive accresceret, de persona dilecti filii nostri Nicolai tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis eius preclaris virtutum meritis vigilancia et in cunctis providencia ac experientia consideratis proprio motu ipsi ecclesie providit ac eum illi in episcopum prefecit et pastorem atque illac, ut precesset et prodesset, etiam destinavit.⁴⁾ Ipse quoque cardinalis et episcopus, ut omnium 15 communi relacione, fama quoque publica et facti notorietate agnovimus, sic ibidem commissam sibi curam et pastorale officium verbo et exemplo fideliter exercuit, quod eius doctrina, vigilantia, laboribus et circumspectione diligenti prefata ecclesia Brixinensis in spiritualibus et temporalibus non modicum hactenus suscepit incrementum ac ita cooperante altissimo amplius suscepisset et susciperet, nisi affuissent, qui talia impediunt malorum conatus et adessent, prout id nuper non sine magna cordis nostri 20 amaritudine nedum litteris et nuntiis, sed etiam rumore ipso et publica continuata fama didicimus, quod nobilis vir Sigismundus Austrie dux per se et suos ipsum cardinalem et episcopum tantis et talibus affectit persecucionibus et afficit, ut etiam eiusdem cardinalis et episcopi persona ad gregem sibi commissum visitandum, deformata reformatum et alia, que pastoralis sunt officii, in civitate et diocesti suis exercen-

¹⁷ prefata: prefacta V. ¹⁹ impediunt: em. impendunt V.

dum tuta et libera, ut deberet, non existit, que res precipue illo indigna, qui ducale nomen sortitus est, quem et in visceribus amplectebamur caritatis cuiusque preces et desideria, quantum cum deo potuimus, 25 exaudire semper conati fuimus. Tanto maiorem nobis mesticiam intulit, quanto illata ipsa iniuria gravior est.

Cum igitur per premissa per ipsum ducem et suos acta ecclesia Romana contemnitur, ecclesiastica leditur libertas, datur impietati licencia et pietas relegatur, nos ea occulis conviventibus et absque animadversione condigna pertransire non valentes, dictum Sigismundum ducem aliosque culpabiles in premissis 30 ecclesiasticos et seculares, quorum nomina et cognomina presentibus habemus et haberi volumus pro expressis, harum serie apostolica auctoritate peremptorie requirimus et monemus ac in virtute sancte obediencie et sub interdicti ecclesiastici in terras et dominia quecumque, que dux ipse et alii predicti in Brixinensi, Tridentina et Curiensi aliisque diocesibus quibuscumque obtinere noscuntur et ad que ducem eundem et illos alias declinare et quamdiu ipsum aut eos inibi moram trahere contigerit⁵), eo ipso 35 observandi excommunicacionisque late sentencie et anathematizationis ac lese maiestatis ac quibuscumque aliis contra tales a iure vel ab homine inflictis ecclesiasticos vero sub premissis ac privacionis omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, que obtinent, irregularitatisque et inhabilitatis perpetue ad obtinenda penis districte precipiendo mandamus, quatenus infra octo dierum spatium proxime sequentium a presentium executione prefatum cardinalem et episcopum ipsiusque personam et suos 40 omnimode libertati et securitati et talibus, de quibus ipse cardinalis et episcopus contentus sit, gaudere faciant, ita ut etiam dictus cardinalis et episcopus tute et libere ea, que sui sunt pastoralis officii, prout decet, valeat exercere atque ipsum cardinalem et episcopum pacifice et quiete et sine omni molestia premissa et alia sibi et eius officio incumbentia exequi sinant et permittant nec eum desuper impediant neque impedientibus dent auxilium, consilium et favorem, securitatem ydoneamque caucionem desuper 45 plene prestant, et quo ad hoc eundem cardinalem et episcopum cautum reddant dolo et fraude semotis, et de huiusmodi securitate prestita et cautione, ut prefertur, data rectores ecclesiarum et alios, quos id concernit, infra tempus prefatum certificant.

Alioquin lapsu octo dierum spacio huiusmodi terras et loca predicta ipsorum ducis et aliorum preditorum ac ad que eos seu ex eis aliquem declinare contingere, ut prefertur, ex nunc prout ex tunc et ex 50 tunc prout ex nunc absque alia declaracione quacumque strictissimo ecclesiastico supponimus interdicto, quod etiam strictius observari mandamus. Quo vero ad alias penas comminatas predictas tricesima secunda die dictos octo dies immediate sequentes dux ipse et alii predicti per se vel suos procuratores legitimos compareant hic Rome coram nobis ad videndum et audiendum se dictas alias comminatas et iuris etiam penas predictas incidisse declarari et ad alia fortiora iuris remedia acrimoniamque procedi litterasque desuper decerni et concedi oportunas vel causas allegandum legitimas, cur sic non debuerint declarari.

Volumus tamen, ut, postquam ipse cardinalis et episcopus ac sui libertatem et securitatem premissas fuerint, ut prefertur, assecuti, interdictum ipsum per nos sic positum eo ipso absque alio medio in locis omnibus antedictis sit sublatum et divina resumantur in eisdem. Ut autem huiusmodi nostre littere ad 60 omnium, quorum interest, noticiam valeant pervenire, eas valvis seu portis ipsius Brixinensis et Tridentine ecclesiarum affigi et inibi exequi volumus, decernentes, quod littere ipse ibidem affixe et execute ducem et alios, quos concernunt, et quemlibet eorum sic arceant et astringant, ac si eis et eorum cuiolibet presentialiter lecte et intimate fuissent, quodque post executionem huiusmodi in altera dictarum ecclesiarum porta facta earum copie sigillo officialis alicuius episcopi vel alterius prelati sigillate ac manu notarii 65 alicuius publici subscripte perinde ubique fidem faciant in omnibus et per omnia ac illos, quos concernunt, sic astringant, ac si originales littere ipse ostenderentur eisque stetur ac fides adhibeatur plenaria perinde, ac si originales littere exhibite forent vel ostense.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum requisitionis, monitionis, suppositionis, mandati, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit 70

26 intulit: intulit *V.* 35 trahere: facere *C.* 40 et¹: *fehlt V.* 41 libertati – securitati: libertate et securitate *C.* 42 ea que: eaque *V.* 45 caucionem: *em.* caucionem *V.* 46 et³: *fehlt V.* 51 strictissimo: fortissimo *B₃.* 69 omnino – paginam: etc. *V.* 70 et constitutionis: etc. *B₃,* | vel – contraire: etc. *V.* | Si – 75 Servatius: *fehlt B₁, B₂, B₃, I.* | hoc – 72 incursurum: etc. *V.*

incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimoquadragesimo quinquagesimo septimo pridie Idus novembris pontificatus nostri anno tertio.

Gratis pro persona cardinalis
Servatius⁶⁾

75

72 incarnationis dominice: etc. V. 74 Gratis – 75 Servatius: feblt C.

¹⁾ Das Datum ist nur in der vatikanischen Registerüberlieferung und in Cod. Cus. 221 enthalten. Bereits der Verfasser des Codex *Handlung* zeigte sich unschlüssig über die Datierung: s.o. Nr. 5386 Z. 2f.

²⁾ In einer nach August 1460 angelegten Zusammenstellung der Streitpunkte aus der Kanzlei des Herzogs heißt es, dies sei nicht geschehen; BOZEN, StA, Codex *Handlung* (ebenfalls INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 471r. Item, so die bulle klarlichen innhelt, das er die bulle zw Brixen und Trindt an den tumkirchen solle anschlahen und verkunden, das er nit getan hat. Darumb ist sein gnad nit schuldig gewesen seiner appellacion nach zukomen, wenn die beswerung der interdict und bennen geruet haben.

³⁾ Vgl. Mt. 18,8f.; Mk. 9,42-44.

⁴⁾ S.o. Nr. 872.

⁵⁾ In Cod. Cus. 221 p. 266 notiert NvK zu dieser Stelle am Rand: Hoc eciam astringit capitulum Brixinense quod recepit excommunicationem et adhesit duci. Gemeint ist die Adhesio zur Appellation Hz. Sigismund vom 6. Februar 1458, die von den anwesenden Vertretern des Domkapitels sowie vom Klerus verlangt wurde. S.u. Nr. 5492 Z. 43f., 5501 Z. 10-12.

⁶⁾ Servatius Regis, päpstlicher Kanzleischreiber; s. Pitz, *Supplikenregistratur* 171.